



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCCXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

REGVLA CCCXXIX.

**FIDEIVSSOR** negans se fideiussisse, si conuincitur de mendacio sibi præiudicat. Vt in l. sed hoc ita. in §. j. ff. de re iudica. vbi dicitur, q̄ negans se socium, perdit beneficium ne conueniatur vltra quam facere potest: quod competit socio, vt in l. sunt qui. ff. de re iudica. ad quod etiam est tex. in l. si vnus. in §. si. ff. pro socio. Et facit etiã pro hac regul. text. in l. sed si ex parte. in §. interdum. ff. quod cum eo. vbi ponitur, vbi punitur filius familias negando se filium familias, & mentiendo dixit se patrem familias. Tertio facit tex. in l. hæreditatem. in §. si. ff. ad leg. Falcid. vbi dicitur, q̄ hæres negans rem hereditariam, si conuincatur de mendacio, sibi præiudicat, quem tex. pro singu. allegat Bal. in Reper. suo. in verbo, negatiua. vbi dicit, q̄ negans similis est subtrahenti: per illum text. & idē dicit Bal. in c. dudum. el. ij. nu. 8. de elect. Iaf. in §. item si quis in fraudem. Insti. de acti. ex quibus v̄ confirmata supra dicta v̄stra regula. Pro qua opi. est tex. in l. si. ff. de rei vendi. vbi habetur, q̄ si quis in veritate possidet aliquam rem, & contra eum agatur rei venditione ad illam rem, si ipse negat illam possidere, & conuincatur de mendacio, quia actor probat ipsum illam possidere, tunc debet aliam possessio incontinenti ab eo auferri & in actorem transferri. etiam nihil de iure suo probantem. Circa quam regulam vide supra in reg. cccxxv. & præiudicatur sibi iste fideiussor in hoc, quia perdit beneficium excusationis, & beneficium cedendarum, ita tenet Bal. in Auth. contra qui propriam. in iij. col. C. de non nume. pecu. vbi allegat bonum text. in l. si dubitetur. in §. ita demum. ff. de fideiuss. vbi hoc tenet Ange. de Perus. & Alex. & Iaf. in l. j. nume. 11. C. de transact. Bar. in l. etiam. §. j. ff. solu. marr. & opinionem huius regulę tenet Hiero. Gratus in conf. lxxij. nu. 44. & in conf. cxix. num. 21. vol. ij. Purpura. in l. nec pactio. nu. 79. C. de transact. Nicol. Bello. in §. si plures. nu. 12. Institu. de fideiussoribus.

Hanc reg. vbi eam pluribus fundamentis confirmat, ponit Hippo. in repe. Rubr. ff. de fideiussor. nu. 322. vbi a nu. 336. vsq̄ ad nu. 341. limitat eam quatuor modis.

REGVLA CCCXXX.

**FIDEIVSSORI** minoris non prodest restitutio minori concessa. Hanc regulam probat tex. in l. j. & ij. C. de fideiussor. minorum. & ibi Bar. & in l. Marcellus. ff. de fideiussor. & in l. in causa. la. j. vbi assignatur ratio huius regulę. ff. de min. & in l. iij. §. sed vtrum veru. sic. sed an hoc auxilium. eo. tit. De iure Regio est tex. in l. 25. tit. 4. par. iij. & in l. iij. tit. ij. par. 5. & hanc opinionem vltra supra dicta doct. tenet Franc. Curt. iun. in l. post aditam. num. 5. C. de impub. & aliis. Et circa hanc regulam vide Io. Mauritium in trac. de restitutione